

**De abditis epidemion causis paraenetica velitatio. Ad praecavendam & ...
curandam luem pestiferam, cum caeteris ... febris ... / [Lazare
Meyssonnier].**

Contributors

Meyssonnier, Lazare, 1602-1672.

Publication/Creation

Lugduni : Sumptibus Petri Prost, 1641.

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/cadx4ack>


License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>



D. D. R. C. F.

DE ABDITIS EPIDEMION CAVSIS

PARÆNETICA VELITATIO:
Secretioribus Theologorum, Politorum, Medicorum,
Physicorum, Astrologorum, & Historicorum

Hypothesibus instructa.

*Ad præcauendam & feliciter curandam LVEM PESTIFERAM, cum
cæteris malignis & popularibus Febribus, in quibuslibet Ciuitatibus,
etiam maximis, & indiuiduis Hominibus:*

Miris modis, ac plurimùm hactenus ignoratis.

A U T H O R E

LAZARO MEYSSONNIERIO Matisconensi, Doctore
Philosopho Medico Facult. Monspel. PRACTICO LVGDVNENSI.



L V G D V N I
Sumptibus PETRI PROST.

M. D. C. X. L.

ПРИДАЧА
КО ВОДОВОДУ

САНКТ-ПЕТЕРБУРГ
ИЗДАНОЕ ТОРОГОВЫМ ДЕЛОВЫМ ТЕЛЕГРАФОМ
ПУБЛИКАЦИЯ АНТОНОВА. С. П. ГОДОВОГО
САНКТ-ПЕТЕРБУРГ. 1855.

ЛАЗАРЬ МЕДВЕДЕВЪ И СЫНЫ ЕГО, ДОГРО
ПРИДАЧА КО ВОДОВОДУ

САНКТ-ПЕТЕРБУРГ
Л. М. МАКСИМОВЪ



VIRO ILLVSTRI,
NOBILISSIMO , ATQUE
AMPLISSIMO DOMINO
D. GABRIELI
DV PVY-DV-FOV,
ET DE CHAMPAGNE,
Marchioni de Comberonde,
Comiti de Grasse , Baroni de
Parse , & Pecheseul , à Consiliis
& Libellis REGIS Christianis-
simi , &c.

O GITAVI sapius , VIR NO-
BILISSIME , quibus officiis
tot & tantis acceptis ab Humanitate
Tua beneficiis responderem .
Sed ea fuit apud me rei grauitas ,
ut vix aliquod eorum qua miki
a 2 inter


inter Capitula conseruantur, quod etiam cum minimis
Tua erga me Benevolentiae testimonii conferre potue-
rim. Ipsaque Tua Dignitas perillustris tanto fulgore
me consternauit, ut biennium integrum, cogitationis
illis, qua primum in animo meo nata est, idea cysalixos
retinuerit. Non ille Tuus, quem toto Semestri Lu-
tetia Parisiorum expertus sum, Χαριεντομος ad exsagow
incitare nutantem; Non Charissima Matris extra pa-
trium Marchionatus sui solum, in his oris periculose
decumbentis fortunatissima cura; Non Illustrissime
Comitissa Sororis tua ex ferocissimo morbo iampridem
restituta, (quod Artis meae felicitati debebam) Tibi
gratissima, mihi iucundissima memoria, poterat. Inge-
nioli mei sublimiora molimina serpebant in apertissimis
foribus, qua nihil nisi magnum admittunt inter sacros
illos parietes, qui Amplissimum illum, & Sapientissi-
mum Supremi Galliarum Senatus Oraculum, Praeside
B E L L E V R A E V M tecum excipiunt. Vicit tamen deni-
que propositi constantia; Et frequentior, ac in dies re-
currens, Animi Tui erga selectiores Encyclopaedia partes
affecti, recordatio fecit ut Opusculum istud flosculis
e Scientiarum, atque Artium praecellentiorum penetra-
bilibus & etiissimis conspersum Tibi offerendum putarim.
Novitatis gratia nitorem, quem politior elegantia desi-
deraret excusabit: Nec Astrologica forsan displice-
bunt Tibi V I R S A P I E N T I S S I M E, qui me olim de
Mathematicis differentem non illubenter audiunisti.

Id

Id reficabit si bene spero (bono faveinte NVMINE) vi-
sus Illustrissimus Comes DIZIMI ACVS, quem
non inclita modò Maiorum series & Historiis nostro-
rum temporum celebrata in rebus bellicis fortitudo, sed
etiam singularis comitas Elogiis summis dignissimum
efficiunt. Is ut Nobilissima Tua prosapia primum an-
nexus, hoc in me contulit beneficium, ut ex faustis in
Medicina operibus Tibi innotescerem, Patronus me
clientem apud Te iterum fouebit, ut gratâ manu Mu-
nusculum istud accipias, & me credas.

Tibi Addictissimum

MEYSSONIER. D.M.



LECTORI.

M I C E Lector. Paucis Te volo. Opus
istud à me conscriptum est ante Penta-
goni Editionem , sed non ante eiusdem
Conceptionem ut sic loquar; Quamobrem quod
ad eius methodum singula referas opto , vt vbi
de causis à me dictum est, causam Faciétem & Fo-
uentem , *Soluenti & Opprimenti*; quemadmodum
ex Circulo secundo particularis Pentagoni pate-
bit , accommodes ; Sub *Generante Disponentem*
colloces : Ita omnia harmonicè sibi respondere
comperies. Iterum verò , atque iterum repeto
omnia à me h̄ic , & alibi scripta , Ecclesiæ Chri-
stianæ Catholicæ censuræ permittere , à cuius Or-
thodoxa fide ne latum quidem vnguem recede-
re constitui. Non licuit mihi Actuosæ Medici-
næ crebrioribus , & omnino anxiis occupatio-
nibus variè distracto , ac propemodum obruto
in Errata Typographica animaduertere , quod
in aliis meis operibus factum est ; Tu benigni-
tate tua , si lectiones mendosas restituas , quic-
quid à nobis desideratur expleueris.

Ad

*Ad Medicos nunc me deserta per ardua fontes
Raptat amor, iuuat ire iugis quā nulla priorum
Paoniam molli diuertitur orbita cliuo.*

MEYSSONNIER. D. M.

**AD CL. V. D. MEYSSONNIERIVM,
Vtriusque Medicinæ Doctorem Celeberrimum.**

*P*rodiit ex agro Iouis, alma Minerua cerebro,
Nascitur ex Iano, sed Medicina Tuo.
Dira Lues, Febrisque fuit malè cognita Priscus:
Lumine cuncta patent per Tua Scripta nouo.
Has ego curavi, Te præscribente, per artes
Olim impune furens, lethiferumque malum:
Nec metuam posthac, cùm stent hac Dogmata, sannas
Quæs' vana Medicos excipit Arte radicis.

*I. LAMBERTVS Serenissimi Principis GASTONIS
BORBONII, Fratris Vnici Regis Christianissimi,
in Principatu Dombatum Chiriatros.*

Amen

Si



AD CL. A.D. MEYSONNIERI V

Si protegendarum præsidio **D E I**

Credas salutem, rem, sobolem, domum,

Insana cum fors intonabit

Si Domini fugias sub cœlum:

E fraude cœca te **D E V S** eximet

Erangetque casses insidiantium

Nec sauiens latè cœnatum

Lethiferæ patiere pestis:

Nec te nec ades cœvis propius tuas.

Aut Damna tangent: nam **D E V S** Angelos

Custodiae tuæ salutis

Praeficiet cœvilesque ad omnes

Motus viarum qui reseruent moras,

Qui per salebras te manibus ferant.

Ne fauictetur pes recusus.

Obiicibus scopulorum acutis.

A M E N.

D E



A B D I T I S E P I D E M I O N C A V S I S.

SESTERIORIS CAVSIS. IN QVAM TERRIBILIS
EMPERIIS fuit studiorum meto-
rum scopus, vbi plenioris æta-
tis vices subij, ut scholasticis
verbosæ cuiuslibet Philosq,
philætricis relictis, ex eis, tan-
tisque tum veterum, tum Neo-
tericorum obseruationibus, &
meditationibus, partim scriptis, partim traditis, ali-
quid exprimerem quod mortales erum̄as, non
verbis vocibusque leuare, sed sensibiliter tollere
veris earum causis patefactis valeret. Hoc priscis
illis Sapientibus Hebræis, Græcis, & Ægyptiis in vo-
tis fuisse existimo, dum vanitas fallacis Eloquentiæ
nondum in Philosophorum animos id genus molli-
ciei induxisset, ut veteri Academiâ relictâ mallent
sine magno labore in foro & in rostris, splendidis

A vario

DE ABDITIS

variorum παρέγγων nāniis inuenta diuinorum Hominum exornare, quām adaugere. Quamobrem veterum illorum consuetudinem simpliciorem, & meliorem apud me revocans totus incumbere constitui, ut non inani captandæ modo famæ desiderio, sed ardenti Dei gloriæ zelo, & generis humani dilectione fraterna commotus, aliquid quod reapse cum nouitatis gratiâ posset cumulatioris vtilitatis fructus afferre, præstarem.

Eaque de causa potissimum circa *Luis Epidemice* clades oculos explicans subiit cum humana miseratione, pro tam sœua plaga cuius,

Quis funera fando

Explicit aut posset lachrymis æquare labores?
Subiit inquam meditatio cuiusdam auxilij quo finem posset inuenire, vel leuamen. Hoc autem cum ex intima causarum cognitione procedat, arduum quid & difficile quis non videt? cum ipsas hactenus Homines latuisse certum sit, indeque tantâ famâ tantos honores reportarint antiqui illi sagioris, & securioris sapientiæ sectatores, Hippocrates Cous, & Apollonius Thyaneus. Nam certè dum ex summa Mundi Orchestra ad imum centrum Machinæ, medicorum vulgus miserè causas Luis istius quærens deuoluitur, rursusque per Elementorum varias regiones, in sublime defertur, parum abesse videtur à vaga illa Pyrrhonis opinione, cuius sectatores ut Σκεπτικοὶ incipiebant, ita sine magno meditationis suæ fructu Στροφηλικοὶ desinebant. Hoc in mente milii revocat primam illam Errorum circa

oīsay

A

naturam,

EPIDEMIΩΝ ΚΑΥΣΙΣ.

naturam, numerumque Principiorum varietatem
in quam variè distrahebantur Thales, Heraclitus,
Anaximenes, Hesiodus, Pherecides, Anaxagoras,
Democritus, aliisque ante, & circa ætatem Platonis,
& Aristotelis, veritate, interim delitescere.

- a. Opiniones vulgares de causis pestis reiectæ.
b. Cacochymia damnata.
c. 2. Plethorici simpliciter
peste corripiuntur.
d. 1. Plethorici multi, & ca-
cochymæ in peste liberi.
e. 3. Aëris inspiratio simplex
reiicitur, & vitiosarum
aquarum simplex potus.
f. In multis locis aëre puro, &
aquis optimis pestem ac-
cedere.
- g. 4. Astrorum motus gene-
rales non probantur, ne-
que ventorum vis sim-
pliciter.
h. 5. Non Deorum Ethnico-
rum ira pestem efficit.
i. 6. Compositæ sine delectu
pestis causa improban-
tur, ut inutiles, & in-
certæ.
k. Antidotorum vis incerta.
l. Eorum vis inutilis exem-
pli comprobatur.

VT enim ad statutam Θέσω veniam^a, alij διάθε-
σιν peculiarem cuiusque considerantes causam
Luis pestiferæ reiecerunt^b in Cacochymiam, cuius spe-
cies essent Anthrax & Bubo pestilens ex fœtida illa
materia vi naturæ sese exonerantis reiecta. Alij ve-
rò considerantes quosdam plethoricos non cacochy-
mos etiā in hos affectus incidere, iudicarunt cau-
sus desumi ex utraque quod summa plethora facilè

A 2 degene

4. DE ABDITIS.

degeneret in cacochytiā, iuxta illud Hippocratis
de Athletarum habitu, ἔδε τι δύναται μάρτιον εν τῷ
ἰχθύτῳ ἔδε αἰτεῖσθαι. Verum cum animaduerte-
rent alij, plethoricos multos, & cacochymos in
ipso Pestis contagio nullo pestilēti symptomate cor-
ripi, veram Pestis causam Aerī inspiratione attra-
cto fœtidis exhalantium vaporum ab aqua, terra, ca-
dauerum pædore inquinato tribuerunt ipsique
aquarum vitiosarum potui. At vero cum ipso adhuc
occidente contagio in Regionibus plerisque, ne-
que lacustres, palustres, aut fœtentes aquas, neque
terrestres in solo temperatiore halitus, à constituta
consuetaque temperie, neque fœtore cadavera, plu-
rimos tamen interire variis in partibus loci afflitti
cognoscerent alij, causas istas ut imperfectas alega-
runt, & ad superiores Astrorum motus concitantes
varias in aëre perturbationes ventos pestilentes iis non
absimiles, qui Sorano referente εἰς Πλατωνίων
Ηλιόνων Βαρβάρων γένους νοτίας Κυνηγίου πε-
flare solebant, nubes impuras ex aliis locis attractas,
& aduectas confugerunt, quibus sese adiunxit ma-
gnus antiquorum, & recentiorū Astrologorum Gré-
corum, Arabum, & Latino-barbarorum numerus,
quasdam constellationes, (ut vocant) siue syderum
quosdam coitus, atque radiationes stabilientes Pe-
stem generantes, aërem inficienes corporibus offi-
cientes, sed quamvis hæc ratio quam proximè acce-
dat ad veritatem, quidam tamen ratiocinio soler-
tiori rem totam expidentes mirati sunt, quo modo
causa yniuersalis agens in yniuersos non unius re-
gionis,

EPIDEMIA NACAVSIS. 5

gionis, sed orbis totius homines ipsaque animalia belluina, inque ipsum aërem cuius beneficio quotquot sumus omnes vivimus, & spiramus; non tamen omnes afficiat. Gyris enim sphæricis orbitam omnes quotidie subiicimur; Aërem singulis momentis non homines modò, sed etiam animalia cuncta terrestria attrahunt ac vitale pabulum inde conficiunt, diuersimodè tamen afficiuntur, cum tamen aqua deberet effectum existere ratio, omnesque Ciuitates, omnes Homines, omnia Animalia aëre viuentia deberent malè affici à causa vniuersali deleteriam vim vniuersaliter explicante per omnes & per singulos. Quod cum minimè fieri viderint alij Ethnici^h iis in quibus vim Archetypi crediderunt, Diis vide licet suis iratis causam pestis adscriperunt, sed cum viderent quemadmodum in Attica illa pestilentia describente Thucydide accidit quod Ὅτα τε περὶ ισογίς ιχέτου Καὶ οὐδὲν τοιστοις ἐχεῖ Καύο, πάστα αὐτῷ φέλει λεῦ, τελετῶντες τε αὐτῷ πάπεσιν Καύο Σκάνθινον μάρπερ. Hinc factum est ut plerique rationes omnes istas commiscētes, & componentes sine delettu causas proposuerint, ac fugam, & Antidotorum vim omnibus uno eodemque consilio proposuerint nullam Antidotis, aut incertam aduersus venenum pestiferum δύναμιν obseruantes; cum plurimi etiam ex Medicis præscribentibus intereant, iuxta illud Poëticum:

Quæ sitæque nocent artæ, cessere magistri

Phyllrides Chiron, Amythaoniusque Melampus.

Imò nullus visus sit certum contra venenum istud

A. 3. nobis.

6 DE ABDITIS

nobis offerre remedium, sed quod rectè Ioannes Hartmannus *Preservativa pestis reperiuntur quamplurima hinc inde apud medicos descripta*, sed quam certa extra que omne periculum posita illa sint satis liquet cum aquæ præseruatos, & securos adoriri soleat. Nam nos ipsi sanguis possumus affirmare plurimos, etiam sine Antidotorum vsu seruatos, & quamplures cum eodem periisse. Quod si quis pertinacior fidem expectet ab exemplis forsitan celeberrimum nostrum Hollerium suis tractatu de febribus descriptis secundùm causas à se allatas remediis alexipharmacis sibi consuluisse existimabit: Quod si querat exitum, Iacotius Scholastes illius, hunc ipsum *præmatura morte in pestilentissimo aere abreptum edocebit.*

§. II.

- | | |
|---|---|
| <p>a Scopus Authoris.
b Causæ veræ Luis pestiferæ conditiones.
c i. Quia constat pateat curbi potius, quam illi, hæc turbes, hæc animalia magis afficiantur quam illæ, illa, &c.
d Quia hoc non accidit à contagio simpliciter.
e Probatur experimentis nouissimis urbium peste non affectarum.</p> | <p>f 2. Rationibus, & logismis Arithmeticis.
g 3. Per leuissima ex ordine Politico commoda in secernendis affectis ab infectis.
h 2. Cur non statuto tempore per quartas anni.
i 3. Cur in omnes sine dele. Et ut imperiei agat.
k 4. Cur sine aëris & aquæ vitio.
l 5. Cur sydera non generalles</p> |
|---|---|

EPIDEMION CAVSIS. 7

les & particulares pe- | m6. Cur vanaris antidotorū.
stes significant. | n 7. Cur alijs morbi pauci.

OPeræremium igitur fuerit^a, aliquam *Causam* inuestigare, ut veram, & omnibus suis numeris absolutam habcamus^b, qua constante demonstrare queamus^c, *Cur* aliqua regio afficiatur, alia licet vicina non laborante contagio, idque ipsum in viribus, viciis, & Hominibus ipsisque belluis. Vidi- mus enim nuperrime, saluâ Sabaudiâ peste correptos Allobrogas-Delphimates, Salyos liberos: Obseruauimus etiam Ciuitates parum dissitas, furente in proximis viribus contagio sanas seruatas, remoto postea correptas ægrotasse, id ipsum in hominibus & bestiis. Quod si quis in ipsa ^dcommunicata contagia reiiciat siue per turmas militares, siue per alios, vix erit quod in obiectione, vel momento manere possit, si considereret has ipsas, & per alia loca transiisse, quæ tamen salua remansere. V. g. Copiæ ex Alpinis regionibus Lugdunensem pestem anni cl. loc. xxviii. quidam aduexisse crediderunt. *Cur* non & Labisco? cur non & Cularona? cur non inquam tot virbes alias, quæ longè ante, vel postea tantum, multis succedentibus mensibus ægrotarunt, imò feram istam luem nullo modo persenserunt. Profectò si contagij solius causa pestis induceretur, nullo modo Pestis cessare posset semel excitata, cum rationi sit maximè consentaneum Arithmetico calculo demonstrante. Quod si unus inficit decem, mille contagium diffundent inter 1000, & sic in infinitum vis-

pestilens

pestilens produceretur, quod est Experientia iudice, falsum. Quod si quis velit ex ordine Politico salvam hanc rationem efficere, cessare videlicet contagium per separationem diligentem, & curam celestem parabolatorum; Ego ad experimentum quoquo. Quis enim nescit in Lugdunensi ciuitate semper optimum fuisse constitutum ordinem, datos regendae sanitati prudentissimos administratores, rerum omnium copiam separatos aegros severâ normâ, sanos seruatos ab infectis, & ab affectis, hanc methodum ab ipso principio ad finem vigilantissimis optimatum quorundam curis seruatain. Hac tamen hebdomade saeviente morbo, sexcentos periisse, sequenti minorem numerum, tertiam maiorem, intertis morbi motibus, ac tandem S. Dei beneficio sub eadem cura desiisse. Quod si curâ emendari hac posuisset, statim ab initio extintus fuisset: si vero à contagio, productus esset & confirmatus, etiam in multos annos perseverasset, aucto furore morbi donec ciues omnes, ad extremum deletiisset. Causam igitur patefacere conuenit veram cur hoc fiat, quaque postmodum probare queamus: cur hoc & illo tempore, cum Pestes aliquando per hyemem fiant, aliquando etiam per aestatem, & vere & autumno; cum statutas sibi seruent periodos alij ferè morbi, quod testatur Hippocrates lib. 3. Aphor. sintque alij verni, alij aestivi, alij hiemales, alij tandem autumnales ut ibidem copiosè demonstratur. Cur cacocki & plethorici æquè, ut & medio modo se habentes corripiantur. Cur aëre pura, ac nullo prorsus aquarum vitio
zulistiq

pestes

EPIDEMION CAVSIS. 9

pestes accedant¹. Cur syderum & nubes, & ovicū
particulares pestes inducant, non autem inter om-
nes, & per omnes diffusas? ² Cur hi, aut illi media in
pestilentia, sine ullis seruentur antidotis? Cur alij
præsidiis optimè confirmati, & muniti miserè per-
cant?³ Cur omnes morbi in Pestem tunc degenerent? Ita
enim futurum existimo, ut dubiis illis solutis maxi-
mo cum fructu causæ repertæ beneficio veritas
prodeat, humanisque miseriis finis, aut leuamen ac-
cedat.

§. III.

a Methodus causarum Luis | b Generans.
pestifera. | c Fouens.

VT igitur expectationi tantæ satisfiat⁴, quintu-
plicem causam in hoc, vt in cæteris affectibus
considerantes, generantem, disponentem, mouentem, fouen-
tem, & facientem⁵: Generanti facile cum practicis me-
lioris notæ quicquid ex Elementis, aut alimentorum
substantia, qualitate, quantitate, aut assumendi mo-
do, & excrementorum retentione desumi poterit
tribuam. Et deinde pro^c fouente cum iisdem nec hu-
mores quatuor, nec corruptam reliquarum impuri-
tatum faburram reiicere, vt facilius omni-
bus altiora nondum sapientibus me accommodem.
Sed quid de causa faciente sentiam vbi breuiter expli-
cuero quid de disponente & mouente causa, quæ potis-
simum consideranda venit, plenius ego differam, ac
firmissimis rationum momentis experimentisque
confirmabo.

§. IV.

10 DE ABDITIS
§. IV.

- | | |
|--------------------------------------|--------------------------------------|
| a <i>Mis̄ aσμα pestiferum.</i> | e <i>eiiciatur.</i> |
| b <i>Eius effectus.</i> | f <i>Ratio exemplis illustratur.</i> |
| c <i>Locus in quo mouetur.</i> | g <i>Causa faciens.</i> |
| d <i>Cur non expellatur per in-</i> | h <i>Vnde Carbunculi?</i> |
| <i>testina, &c.</i> | i <i>Vnde Bubones.</i> |
| e <i>Cur in superficiem corporis</i> | k <i>Loca Bubonum.</i> |

IN omnibus morbis Epidemiis est quoddam *μίασμα λοιμῶδες*, quod perniciem pestilentem habet sibi coniunctam, si in corpore maneat propter *διώσμην* quandam *δηλητηριώδην*, quā statim personatatem arteriarum in Cor irruit, & ^b vitalem calorem suffocat, & extinguit, nisi vegeta naturæ vi in summam corporis superficiem expellatur; Neque enim, quod in humoribus inter arteriosa vasa conclusis recurrat, potest sine summo periculo per conversionem concentricam ut ita loquar in corporis centrum secerni ^d, vt per patentes intestinorum vias expelli queat; facilius id per vrinas efficeret, nisi variæ viarum, atque inextricabiles errorum ambages se se opponerent, & transitus vicinior cordi viuifici caloris officinæ; Sed cùm per sudores Natura, venarum, & arteriarum serosas impuritates expurgare consueuerit, hanc ipsam seruare rationem, cùm hanc *έκκεισιν* molitur, tentat eadem; at victa, vel *μιασμῷ* crassitie, vel pororum difficiliori referatione, quod diffusum expurgare non potest, in paucissima loca iubente necessitate deponit. Testes hu-

EPIDEMIΩΝ ΚΑΥΣΙΣ. 11

ius veritatis mihi sunt coaceruatæ illæ ἔκκειταις in exanthemata & ecthymata, ut in sanguine venoso effervescente in variolis & morbillis, quas pestes Rhazis appellat, quemadmodum & in Φυμάτων, & furunculorum procreatione manifestum est, quorum eadem non est pernicies cum carbunculis & bubonibus pestilentibus, quod Anthracum istorum μίασμα vicinorem ad arterias habeat regressum, furunculorum vero ad venas; Huius autem μίασμα, siue ut aliquando Latinè loquar ^e inquinamenti vis lethifera causa pestis est faciens superius appellata, & in souente μίασμα continetur sanguinis, scilicet per arterias delati beneficio circulatorij motus recreamento; Quod tenuius & acrius biliosum vulgus dicit Carbunculos potius, si crassius ut in sanguineis, pittuitosis, & melancholicis bubones facit in emunctoriis corporis maximè, quod ut docet αὐτοψία in administrationibus anatomicis evidentiores sint circa hæc loca venarum & arteriarum tubuli, calor potentior, cutis laxior, frequentiorque ad glandulas in his contentas naturæ expellentis declinatio ut in sudorum prouocatione manifestum est. Quibus omnibus circumstantiis addi potest commodè proxima cuti prædictorum vasorum, ac minimum à superficie remotorum constitutio, ita ut micare in his locis quemadmodum in carpis, temporibus, & secundo tarси digito tactu iudice agnoscat.

12 DE ABDITIS
§. V.

a Causa efficiēs pūdīquāl @. | b Causa disponens.

Quid verò pūdīqua illud efficiat; aut ad hoc efficiendum disponat declarandum est. *Disponens* enim latet hīc causa, sequitur hanc efficiens illud inquinamentum *cūtīæ*: vbi enim statim productum est, statim etiam Pestem efficit, quia eodem ipso momento producitur vis dñlnt̄ne wðn̄ illa iam dicta quæ est causa pestem faciens. Hic nodus Gordius & inexplicabile κάθαρμα, quod soluere conuenit S. D E I beneficio, neque enim sine Numinis summo hæc eueniunt.

§. VI.

a Causa mouens Luis Pesti-
feræ duplex.

b Edictum DEL.

c Causa metaphysica. nōl.

d Manus DOMINI.

e Angelus DOMINI.

f Angelus perdens.

g Angelus Cädens.

h Dæmones mōrbos faciunt:

i in humanis corporibus.

j Vnde Nomina Dæmonum

k deducantur in sacris.

l Quare Angelus pestifer ibi

corrupeñs appella-
tur.

m Quomodo pestem faciat.

n Diabolus caufarum na-
turalium scientissimus.

o Diabolus Astrorum cim-

pimitatur.

q Qui agere potest in Ele-
menta, potest etiam, q

r in Elementata.

s Causa mouens & dis-
ponens metaphysica pe-
stis.

Quod

Quod si duplē Causam mouentem assigniam
querimus Pestis, vnam *Metaphysicam*, alteram verò
Physicam. i. merè naturalem: Nam ut de priore loquar;
Certum est ex diuini Verbi eloquiis Summi Iudicis
imperio pestilentiam in homines mitti, quod testa-
tur vox Hebræa דְבָרֶת pestem significans à radice דְבָר
Dixit, eloquutus est, quod sit res à DEO edicta, & decre-
ta: sic enim per Moysen Pharaoni (Exod. 9. v. 3.)
Ecce manus mea erit super agros tuos. deinde paulò pōst;
Et pestis valde grauis; sic DOMINVS Deus Israëlitis in
monte Sinaï; Si nec volueritis recipere disciplinam, sed
ambulaueritis ex aduerso, &c. cùmque confugeritis in urbēs
mittam Pestilentiam in medio vestri. Letit. 26. v. 23. &c.
Ibi igitur causa mouens pestis est יְהוָה manus DOMINI quae alias dicitur (2. Sam. vel Reg. c. 24.)
מֶלֶךְ יְהוָה Angelus DOMINI, & in hoc casu
מֶלֶךְ מַשְׁחִית Angelus perdens: Scriptura SS. vo-
icat etiam הַמֶּלֶךְ הַמְכֻה Angelum cædētēt;
Nam certè יְהוָה utitur ministerio Angelorum
eiuscēmodi perdentium, vt puniat peccata nostra,
quemadmodum patet ex Historia Dauid 2. Reg.
cap. 24. v. 17. vbi dicitur quod Angelus Domini qui
perdens, & cædens postea nominatur, erat iuxta
aream Areuna Iebusæi, & omnes Doctores Christia-
ni Theologi, Medici sentiunt Morbos à Daemonib⁹
fieri; imprimis D. Hieronymus in 4. cap. Matthæi: &
D. Chrysostomus hom. 54. in caput 17. Matth. Et
ex Medicis elegātissimus Fernelius lib. de Abdītis
rērum causis; Frane. Valesius lib. de Sacr. Philoso-
phia; Bapſista Codronchus de Morbis venefic. Cæ-
ſalpius, & alij. Quin & doctrinā Euangelicā ma-

14 DE ABDITIS

nifestum fit mulierem afflictam fuisse per Dæmonem quem D. Lucas cap. 13. v. 11. appellat πνεῦμα ἀδειας spiritum infirmitatis. Addidit Dæmonis nomen Historia Iobi dum scribit cap. 2. v. 7. Egressus igitur שָׁטָן à facie DOMINI percussit Iob vlcere pessimo à planta pedis usque ad verticem eius. Ibi Angelus percutiens appellatur שָׁטָן id est, aduersarius ab effectu à quo Dæmones in sacris Scripturis nomen habent, ut recte notat Martinus Delrio lib. 3. Disquisit. Magicarum. Quare Angelus pestem faciens recte ibidem משחירן perdens & corruptus est appellatus, quod corruptionem efficiat: nam vere facta corruptione, & producto hoc miasmate, siue inquinamento, coque naturæ vi opposito morbos pestilentes faciunt dæmones, ut docuit Arcephius in Clave mai. Sapietiae & Franciscus Valesius c. 28. Sacræ Philosophiae. Quomodo autem procreare possint hoc ex sanguine μίασμα pestiferum etiam si dictu difficile sit, probare tamen possumus id fieri eodem modo quo à syderibus postea produci clare demonstrabimus cum praesertim, teste S. Dionysio cap. 4. de Diuinis nominibus: *Diabolus nullum donorum naturalium peccando amiserit, unde fit, concludente Delrio iam citato (lib. 2. operis prædicti) ut vires naturales habeat valentissimas, diuturnam & multiplicem experientiam, Essentiae & qualitatum, quæ rebus quibuslibet insunt peculiares, scientiam exactam, adeò ut vere effectum quod cupit (addam Permittente Deo quod supra dixit) dare commodissime. Quod autem perspectam habeat "Astrorum vim, clare patet ex eo quod igne de*

Cœlo

EPIDEMIΩΝ ΚΑΥΣΙΣ. 15

Cœlo decidere fecerit, ventū vehementem excitatit,
 Iob i. v. 16. 19. grandinem in Ægyptios miserit, cum
 fulgure, pluuiā & tempestate, quam prædictus Del-
 río Societatis IESV Theologus eximius asserit in S.S.
 dici expressè per malos Angelos immissam. Quæ
 quidem omnia cùm fieri vi schematismōn astra-
 lium manifestum sit, ex omnium Astrologorum te-
 stimonio, Dæmonem (permittente Dœo) qui illam in
 prædictis effectibus imitatus est, idem etiam in pe-
 stis inductione efficere perspicuum est, cùm iam
 scripta fiant in Elementis; Ista verò de quibus dici-
 mus, & in ° Elementis simul, & Elementatis. Conclu-
 damus itaque Dei permisso iustoque iudicio posse
 corrumptentem Angelum corruptionis pestiferæ in
 homines μιάσματα, iis quæ ab Astrorum vi pro-
 duci possunt non absimilia generare; Ac p ea ratio-
 ne Dæmonem posse habere in se causam pestis, tum
 Disponentem, tum Mquentem Metaphysicam.

S. VII.

- a Causa Naturalis pestis.
- b Cur ad medicos eius consi-
deratio pertineat.
- c Mouens & disponens.
- d Vnde desumatur.
- e Primordiorum vis quan-
ta.
- f De rerum cognitione, &
compassione ex Proclo.

- g Deus in vanum nibil
creavit.
- h Vires Astrorum probantur
experimentis.
- i Dubium quorundam cui
satisfacit author,
- k De motus Astrorum viri-
bus.
- l Vis dierum decretiorum.
- m Vis.

*m Vis directionum probatur
experimentis.*

*n De I. Pico Mirandulano
N.B.*

*o Vires habent tum stellæ,
tum etiam earum motus.*

p Affirmatur effectuum A-

*stralium quemadmodum
eæ cæterarum rerū crea-
tarum vim Diuina sub-
ijci voluntati.*

*q Duo ad causarum pessis
naturalium cognitionem
necessaria.*

His positis veniendū ad *εξίγνων* Causæ naturæ, cuius doctrina conuenientior est Medicis disciplinis; ^b cùm enim illi potissimum circa corporum considerationem versentur, sítque ut vulgò loquuntur, *sensuales artifices*, corporum & causarum corundem affectiones magis inspiciunt. Videamus igitur quid sit quod intra Naturæ corporalis limites conclusum pestiferi illius *μισθωτοῦ*. Causa efficiens esse possit: id enim ipsum erit causa Luiis pestiferæ tum ^c *disponens*, tum *mouens*. Nos superiùs simplicem humorum Elementorum, & Astralium schematismæ generaliorum considerationem, multis magnisque rationibus reiiciendam demonstrauimus, nostrum nunc est igitur aliam aliquam causam statuere cum conditionibus allegatis constantem.

^d Hæc ex peculiari quadam Astrorum constitutione in locis eæ personis singularibus desumitur: Nam iampridem ex Astrologorum Doctrina constitutum est ex ipsis rerum primordiis futura omnia ad ultimum finem per cœlestis Thematis inspectionem coniici *Δηρό μὴ περιτης δέγγης*, inquit Ptolemæus lib. 3. tetrab. cap. i. *Ταῦτα καθόλε τῆς ουγκείσεως ιδιώματα.*
quod

EPIDEMIΩΝ ΚΑΨΙΣ. 17

quod etiam confirmat nobis amicitia & honoris causa semper nominandus R. Campanella in Astrologicis & Medicinalibus, Theologus, & Philosophus eximius. Sicque quælibet Vrbes, quælibet Anima-
lia, imò & quælibet ex iis quæ ex elemētis, quacūque ratione oriūtur & occidūt, & superioribus cœlorum corporibus subiiciuntur, vim ab iis recipiunt, regun-
tur & mouentur propter eam quæ singulis creatis vi-
sibilis & inuisibilis à summo opifice in creatio-
ne rerum, & conseruatione data est. *Hanc enim cognitionē compassionēmque aliorum ad alia in rebus naturali-
bus, & manifestorum ad vires occultas cum considerarent Sacerdotes antiqui* (inquit Proclus lib. de Sacrif. & Ma-
gia) *sacram eorū scientiam condiderunt; agnouerunt in infi-
mis supraemis infima, in Cœlo quidem terrena se-
cundūm causam, modoque cœlesti, in terra tverò cœlestia, sed
modo terreno.* Et reuera Devs in mundi creatione ni-
hil in vanum fecisse dicitur, sed vt scribit Moses He-
bræus post omnium rerum creationem (Gen. I. v. 31.)
vidit Devs cuncta quæ fecerat, & erant valde bo-
na^b: Imò & experientia testis est, multa consentire
cum incrementis & decrementis Lunaribus (quæ
sunt diuersi ad solem habitus) vt Mare, Cancri, Sele-
nites, &c. multa moueri cum Sole vt Calendula, Chi-
corium, Tithymalus helioscopius: quedam cum stel-
lis fixis, sic cum Canicula mouetur Orix fera; quæ vt
scribit Plinius in exortu eius contra stare & contueri,
ac velut adorare videtur, cùm sternuerit: Sic canes
toto eo eiusdem exortus spatio, propter prædictam
sympathiam maximè in rabiem agi non est dubium:

C

sic

18 DE ABDITIS

sic cum Stella Polari in Cauda Cynosuræ consentit
 Magnes, sensibilique motu demonstrat hunc con-
 sensum cur non & reliquæ stellæ ? quarum vires
 quia nondum manifestæ factæ; vel cunctis non sunt,
 ideone reiiciendæ? Sunt enim & multa alia quæ pos-
 sunt ad hanc rem adduci, de quibus Plin.lib.2. Hist.
 naturalis.D.Augustinus in lib.de Ciuit.DEL,& nouis-
 simè I. B. Porta. Neapolitanus copiosè cap.15. lib.1.
 Mag.nat.vt etiam Antonius Mizaldus de sympath.
 & Antip.Harmon.Cœli , &c. ac tandem R.Campa-
 nella quem honoris & amicitiæ causa nomino lib.de
 Sensu rerum. Sed forsitan pertinacioris aliquis perui-
 caciæ concedens istas sympathetias, forsitan negabit
 vim motuum: nam certè dum Stellæ mouentur se-
 cundùm varias vices , & temporum periodos varias
 etiam producunt effectus in temporibus variis^k. Ac
 etiam forsitan à receptissimo Galeno, nascente adhuc
 inter Europæos pleniore hac cognitione quam Pto-
 lomæus edidit, admissa de Diebus decretoriis sen-
 tentia satisfacere poterit. Nam summus ille Medici-
 nae interpres lib.3.de diebus decretoriis motui Luni-
 ri potestates^l Dierum decretoriorū adscribit; Quem-
 admodum & Astrologus Aph.60. Centiloquij : Την
 τὴν αρρώστων βλέπε τὰς κειτίμες ἡμέρας, ἐπο-
 χλω τῆς δὲν ταῦς γωνίας Εἰ ξεκαθαρέος, οὐτεν γ
 δύεις τὰς τινας γωνίας ἀκανότες καλὸν ἔσαι τη
 νοτικῶν, εἰ δὲ κεκαθαρέας ἀνατίκαν. Directionum ve-
 rò motus tot experimentis, tantisque comprobati-
 sunt & recepti ut nullus mentis bene sanæ reiicere
 tentet earum vim plane cognitam^m. Quod si quis
 contradi-

EPIDEMIΩΝ ΚΑΨΙΣ. 19

contradicendi studio nitatur huius veritatis funda-
menta destruere, vincatur prædictione mortis Iulij
Cæsar is tunc adhuc viuentis, cùm facta est per Spu-
rinam, & Domitian i per Ascleptarionem mathemati-
cum, quemadmodum & celeberrimo illo euentu
directionis Geneseos " Ioannis Pici Mirandulani
qua ex progressu Horoscopi 17.gr. & 12.min. ad lo-
cum & in 12. gradu mors accidit anno 33. viro
huic, qui cum Astrologiæ veritatem suis rationibus,
& libris confutare voluisse, experimentis Astrolo-
gorum vicitus est. Illa enim satis superque vires stel-
larum, & motuum earundemque certa quædam
tempora patefaciunt, ita ut nullus amplius nisi sum-
mo cum errore, summaque peruvicacia negare ausit
vires datas esse stellis errantibus & inerrantibus ea-
rumque motibus ; non alia ratione qua metal-
lis, lapidibus, herbisque v.g. Rhabarbaro, cui utvis
purgandi data est, secundūm quam Medicus asserere
potest eo assumpto excrementa deiici hâc aut illâ
horâ, subrufa, biliosa, &c. Ita syderibus etiam pot-
estates datæ sunt secundūm quas Astrologus audeat di-
cere cōsideratâ eorum naturâ, tales aut tales res vcrè
euenturas ; & motu cognito tali, aut tali tempore,
saluâ D E I Optimi Maximi voluntate, cui neque vis
Magnetis dum ferrum attrahere, Rhei dum bilem
extrahere, Astrorum dum dicuntur hoc vel illud ef-
ficere, quicquam poterit imponere. Quamobrem
cùm hæc ita se habere manifestum sit ; Dicamus ad
cognitionem causarum, tum disponentium, tum
mouentium Luis pestiferæ duo imprimis esse neces-

20 DE ABDITIS

saria; primum scilicet ut cognoscamus *Themata Cœli* ad prima momenta Ciuitatum, vicorum, & cæterorum locorum quæ peste affliguntur . Deinde ut peculiarem singularium individuum notitiam habeamus, atque intelligamus ex Cœli Schemate natalitio, vitæ viuis cuiusque amfractus, & per seriem annorum ex directionibus motus.

S. VIII.

- | | |
|-----------------------------------|---|
| a De <i>Themate Cœli locorum.</i> | h <i>Abscifores qui.</i> |
| b Quid in hoc considerandū. | i <i>Antifacia.</i> |
| c Locus apheticus. | k <i>Termini.</i> |
| d Partes interimentes. | l <i>Authoris obseruatio.</i> |
| e Morbus pestilens. | m <i>Loca Zodiaci pestem significantia.</i> |
| f Pestilentiae etymon. | n <i>De Ioue Planeta obseruatio.</i> |
| g Hyleg quid. | |

VSus deinde talis erit; ut in^a *Themate*, vel Ty-
po cœlesti ad primum constructionis momen-
tum dato^b consideremus in vrbe, vico, Loco ad quem
gradum Zodiaci per numerū graduum Æquatoris
circuli feratur annus pestilens, ab ascendentis, aut lo-
ci hylegialis, Græci^c τοπον αἴφαπικὸν appellat, gradu; si
enim feratur ad partes quas Ptolemæus^d αἱαρεπικὰς
appellat i.e. interimentes in dicta ciuitate pestem si-
gnificabit, vel morbum pestilentem ut enim hoc
obiter dicam: *Quicumque* morbus depascitur ho-
mines, & enecat statim^e pestilens appellatur ex-

D. Isidorus

D. Isidori Etymo quia vt inquit ille 4. Etym. c. 5. ^f Pe-
stilentia quasi pestulentia dicitur, quod velut incen-
dium depascat; Quis autem sit ^e Hyleg siue $\alpha\Phi\epsilon\mu\varsigma$, omnes declarant Astrologi, ita vt nec sit opus
hinc scribere. ^b Abscifores vero sunt planetarum ma-
leficorum radij, siue in coniunctione, siue in aspecti-
bus \square & \varnothing ad aphetica loca item Δ in signis brevium:
ascensionum, & $*$ in signis longarum ^c Antiscia, &
^d Termini praedictorum planetarum, & Sol aliquan-
do vbi Luna est hyleg. Sed de his plura apud Astro-
logos, Ptolemæum, Abenezra, Abenragel, & Ioan-
nem Hispalensem, & nouissimos Cardanum, Scho-
nerum, Gauricum, Origanum, & R.P. Campanellam
vt alios innumeros omittam Rauzouium, Ferrerium,
Leouitium, &c. Item quod summoperè notandum
est, Eclipses luminarium factæ, vel in gradu ascenden-
tis, aut angulorum, quemadmodum & in sexta domo,
aut etiam in loco domini sextæ domus, aut domini
ascendentis. Tertiò pestis fit (^e quod ego ex obser-
uatione mea habeo in morbis omnibus Epidemiis) si
significator motu suo Astronomico, qui ex Tabulis
& Ephemeridum calculo patet, redeat ad locum in
quo fulgebat in radice, vel ad eius \square , vel \varnothing , aut aspe-
ctus æquivalentes, de quibus suprà, tunc enim altero
maleficorum lèdente locum aphæticum, etiam pla-
ticè excitatur pestis, aut pestilens febris; Quemad-
modum etiam si maleficus Planeta reperiatur, vel in
sexta, vel cum domino sextæ domus, vel etiam in
^m his gradibus quos Frater Perscrutator (tract. de tem-
perie aëris concl. 8.) Pestilentias designare scribit, &

22 DE ABDITIS

sunt 28. gradus ☽, 15. gr. ♦, 12. gr. ♀, 4. vltimi gradus ☽,
4. primi gradus ☽; item & loca quinque nebulosarum. Addunt Astrologi coniunctiones trium superiорum in talibus etiam pestes significare, & reuerat illi Planetæ sunt significatores pestis; "Licet enim Iupiter sit beneficus, tamen in societate malorum legit etiam, & per tempestates, ut experimento comprobatum habeo, & per pestes, vnde Hesiodus,

Toῖσιν δὲ σεποθετέοντες μέγ' ἐπίγαγε πῦρα ΚΡΟΝΙΩΝ

Λημὸνόμενος καὶ ΛΟΙΜΟΝ. Δυτοφθινύς θεοὶ γέλασι. Et notat Magnus Albertus lib. 2. de propriet. Elementorum tract. 2. c. 1. quod coniunctio ☽ & ☿ in II facit ventos pestilentes necantes multitudinem hominum & animalium. Huc etiam referri possunt quæ de significatione dominorum Orbis magni Anni cuiuslibet, magnarum Coniunctionum, Eclipsēon, Eleuationum planetarum aliorum super alios, Dominorum anni in Revolutionibus, de quibus copiōse Albumazar Tractarii de magnis coniunctionibus. Vnicum adiungemus scilicet ☽ & ☿ aliquando pestilentias significare, quod probari potest post obseruationem ex plurimis locis Haly & Ptolemæi.

§. IX.

a Dubium circa cognitio-
nem temporis constru-
ctionis Vrbium.

b Soluitur auctoritate Pto-

lemæi.
c Authoris experimentis, &
obseruationibus.

d Laboriosa praxis hæc
quid

quid requirat. | f Eius quotidiana exerci-
c Authoris excusatio.. tia.

Sed video magnum lectori^a scrupulsum obicitum, quod præclusam sibi viam videat in inuestigatione momenti constructionis incipientis locorum peste affictorum; & reuera res est difficillima; quod agnoscens^b Ptolemæus cap. 4. libri 2. quadruplicem de particularum prædictionum ratione sic scripsit, *Kai ὅπις ἡ θῆμα τῷ μητροπολέων κακῶν μάλιστα συμπάθεια οὐ ποτὲ τῷ ζῳδιακῷ κυκλῳ, &c. subiungit εἰφέννων ἡ Θεόγνοι τῷ κτίσεων οὐκ δύείσκονται εἰς τὴν τὸν Κανεργήν διεχόντων, ηγέρη βασιλεύοντων γέρεσσιν οὐπίστα τὸ μεταρρευμα, &c.* Vult igitur inueniri typos urbium in quolibet regno, & sub eo, ex M.C. Principiū; Et licet hanc viam paucissimis observationibus hactenus comprobare potuerim, quia tamen est Astrologi receptissimi, huic addam tantum quod^c Ego firmioribus experimentis comprobavi, videlicet considerationem *variorum accidentium* ut vocant in aliquo loco, per relationes Chronologicas excerptam ad hanc rem facere posse, si modo obseruemus Cœli faciem circa illa tempora, ac maximè *constitutionem* trium superiorum Planetarum: ita enim hæc loca simul sibi vel tetragona, vel opposita radiatione respondere obseruabimus, vel iis saltem æquivalentibus, de quibus suprà scripsimus. Deinde si mentem adhibeamus *ad loca magnarum coniunctionum*, atque *Eclipsēon in luminaribus*, facillimè loca thematis præcipua pro futuris præcognitionibus

bus annotabimus. *Transitus* etiam planetarum super gradus horoscopi considerandi sunt, & videndum est in quibus gradibus sint malefici Planetæ: Si enim secundâ, vel tertiatâ repetitâ obseruatione cōfirmaueris, poteris gradum horoscopi verū, & genuinum, agnoscere, ac eo habito cœli in duodecim partes diuisi typum pro ratione latitudinis loci exstruere, & horam huic tuæ positioni aptissimam inuenire, præferunt si tibi dies & mensis ut locum Solis habeas innotescere possit. Quorum notitiam ut facilius comparare valeas tibi *Saturni* planetæ tardissimi gradus, lædentes per tetragonos, vel oppositos radios obseruare conuenit, his enim tibi designabitur, per calcu-

Præter obso-
letas ami-
quorum, &
recentiorum
ut Tyckonis
& Læsbergij
habes Riche.
lianæ ab
amico nostro
D.N. Dur-
ret nouissime
editas inter
omnes ex-
cellentissi-
mas.

lum radicum motuum ex tabulis Astronomicis assumptarum, in anno per Chronologicam lectionem invento, Mensis ad minimum; cui si adiunixeris *Martis* Calculum cum prædictorum graduum pariter lædentium obseruatione, tandem in exactissimam Horæ, imò & ipsius momenti constructionis cognitionem deuenies. Hæc enim licet laboriosa praxis videatur, & sit reuera, nihilominus tam en perito, doctoque simul Astronomiæ, & Astrologiæ profensori, nec incerta, nec difficilis vlla ratione videbitur.

Duobus enim commodissimè perficietur^d: *Magna* veterum *Historicorum* lectione, Deinde calculo fideli trium superiorum, maximè ad varia casuum tempora; ac tandem ipsum primæ horæ momentum: Verùm hæc cum praxi, atque exercitatione, longum tempus, & labore multum expostulare videntur^e, quem si mihi concederent quotidiana mea in Medicis Curatio

Curationibus quibus distrahor exercitia. Exemplum aliquod Tyronibus apposuisse quo facilius in illarum rerum satis arduam meditationem ascendere potuissent; Sed haec forsan aliquando Deo bene volente praestabimus.

§. X.

- | | |
|--|---------------------------------------|
| a Quas personas pestis afficiat. | morborum idee. |
| b Generalibus particularia subiiciuntur. | Comparatio. |
| c Quomodo concurrant & consentiant directio- | f Praxis huius doctrinæ. |
| nes. | g Quid maxima directio. |
| d In pestilentia rare aliorum | h Quid minor. |
| | i Quid minima. |
| | k Veneris Planete vis quam salutaris. |

NVnc operę pretium est, ut inuentā alicui Loco, Ciuitati, Vico, &c. per Thema Celeste, constitutione syderum pestiferā, videamus in quos & quomodo agat, quas scilicet personas, & quomodo afficiat.

Hoc Schema cuiusque particolare declarabit, dum scilicet quod in Ciuitatum & Locorum supra annotatorum Themate quolibet celesti considerandum diximus, ipsis etiam in peculiarem cuiusque locorum apheticorum, & interimentium obseruationem subtili coniectura traducemus ^b, ut enim Astrologi verbis utar in principio libri 3. quadripart. Εφωδεύ-
θείν ἡμῖν τοῖς ἔμπειται τὸ μὲν ταῦτα καθόλας τῷ
συμπλημάτῳ θεωρίας, εἰς τολμηγμάτους, καὶ τοῖς πολλαῖς
οἰκισμαῖς.

καὶ κερτάνδια μέρη τοῦ οὐρανοῦ τοῖς ἑταῖροις τοῖς αἰθρίων
πάντων καὶ τοῖς ιδίοις τοῖς φύσεως διποτελευμάτων ὡς τὸ περι-
γνωσκόν μέρος της θελτικῆς λογικῆς καλεῖται. Ηὰ enim
ipsā ratione, si sympatheticas consentiat parua di-
rectio Typi particularis cum magnâ thematis gene-
ralis, propter ea quæ dicta sunt supra de vi mutua
concatenationis rerum superiorum cum inferiori-
bus, vñā eadēque viā concurrentes Maleficæ stellæ,
in vnum eundemque effectum maleficientissimum
conuertentur. Hinc sit ut in luce pestifera alij morbi
sint rariissimi omnesque morborum Ideæ maligni-
tatem pestilentialem contrahant, quia maior vis sy-
derum minorem abripit, naturali prorsus ratione,
quā minora maioribus continentur, atque in suam
quasi naturam abripiuntur, non aliter ac fluminis
plenioris impetu riuali murmur absurmitur.^f Hinc
etiam, ut anno pestilenti currente, si accedat direc-
tio morbi significatrix etiam minor pestem faciat
lethiferam. Si minima sine letho: si maxima mor-
bis certissimæ certissimum existet indicium. Hæc au-
tem^g maxima directio sit in qua plures loci hylegia-
les consentiunt, quæ sit in locis à multis maleficiis
inquinatis, siue radiis, siue corpore, siue antisciis, siue
terminis, consentiente Eclipsi, vel aliqua coniunc-
tione maligna in locis vitalibus, cum revolutionis,
& profectionis concordantia.^h Minor quæ sit tan-
tum in terminis, vel in radiis &c, vel ☉ Solis aut Mer-
curij à maleficiis infectiⁱ: Minima quæ sine consen-
su vlo supradictorum sit ut minor, habetque salutati-
res aspectus, aut coniunctiones planetæ boni, aut

Antiscio.

EPIDEMION CAVSIS. 27

Ante sciorum, aut dignitatum praesertim Iouis & Veneris, Veneris autem maxime: nam Venus inter omnes Planetas corruptionem emendat unde Cuprum, quod est Venus terrestris, putrefactiohem impedit, ut experimento constat clavo æneo defixo in carnibus, cuius beneficio diu incorruptæ seruantur;

Quâ de causa illa ipsa dicitur è spuma maris & sale orta si Mythologicæ Philosophiæ locus sit.

S. XI. Non solum in

a Cur sine antidotis in peste & mirabilis Explicatio.

b multi seruentur. i Mercurij volatilis vis

c Cur antidota vulgaria in recursu humorum iu-

d non sunt semper saluti- uando. Elementorum

e fera. k Solis & Mercurij coniunctio.

f Authoris Liber. l Paradoxon de Mercurio.

g Substantiae ab astris de-

fluunt. m Authoris obseruatio-

h Principiorum Elementa-

rium, & Astrorum Har- n Exemplo illustratur.

i monia hæc tunc ignota. o Authoris Pentagonum.

j f Excrementa humani Cor- p Constellationes Lugduni

k poris. Pestifera. q Coqueluche.

l Causæ foventes Morbo- i Dysentericus fluxus.

m rum. f Prædictio pestis quomodo

n Consensus Astralis Nova fieri possit.

EX his igitur Luce meridiana clarius evadit cui

Pestis tempore alij percant; multi sine viibas

Pharmacorum & antidotorum salui maneant & in-
columes, quod absit scilicet vis consentiens directio-
num maleficarum particularium, **v**eneficâ vi gene-
raliori crescente. Cur verò quidam cum vulgaribus
Antidotis pereant hoc non solùm facit ; sed diuersa
vis, & actio varia promissorum-abscisorum, de quâ
nunc agendum. ^bNeque enim parum refert ut in-
telligamus *quomodo agant in nos Astra* cum cāpræser-
tim ignorantia factum sit haec tenus, ut multi Astro-
logiam fabulis & nugis anilibus inuolutam omnino
superstitiosâ crediderint. Docuimus in Experimentis
Philosophiae nostræ demōstratiue Circulo tertio Pé-
tagoni Vniuersalis^d substantias ab Astris sensibiliter
ad nostra corpora defluere, harmonicè cum singulis
Elementaribus Principiis consentientes. *Ignem cen-
tralem Elementarem, & Microcosmicum augeri &*
minui cum *solari vim Salis & Aquæ cum lunari sub-
stantia, quâ augetur æstus Oceani, & quam in spon-
gia vidimus aliquando vim Oleosi fomitis ignis natu-
ralis Veneris diuersis affectionibus concinere, & spi-
ritus illius naturæ ancipiti augmentum, & decremen-
tum, cum satellite Solis Mercurio, diuersos habitus ad
Solem Microcosmicum sustinere, quemadmodum
& aërem; cum terra, quæ est matrix, combustibilis
partis mixtorum, Veneris sentiat duwæpuf. *Excremen-
ta verò tum Venerea cum etiam Mercurialia con-
tire cum duobus superioribus, Erronibus Marte, &
Saturno.* Hæc autem cum sint causæ^e fouentes Mor-
borum, quatenus ex se produnt vires soluentes,
dissoluentes, opprimentes & supprimentes spirituum*

Micro,

EPIDEMIΩΝ ΚΑΥΣΙΣ. 29

Microcosmicorum, & physicam partium euerentes
Δαέσιν, cum hac ratione Soli Microcosmico oppo-
nantur vitæ animalis authori, cum superioribus
planetis^b, ita consentiunt, ut quemadmodum ipsi har-
monico & Astronomico motu cum Sole Zodiaci
spatia annua periodo decurrente diuersimodè fe-
runtur directi, & à Mundo Elementari, & Animali
remotiores, aut Retrogradi propiores Solem sem-
per directo Radio, siue Coniunctionis è superiori-
bus, siue oppositionis ex inferioribus, accidentes
illius ignem παρὰ Φυσιν, aut ad illū extingendum
in quibusdam etiam Elementorum partibus, aut
Elementorum subiectorum salis & aquæ, aut Mer-
curialis spiritus potestatem commouentes; sic etiam
illa impura excrements nunc per viam Circula-
tionis venarum & Arteriarum in Glandulas segregata,
nunc recurrentia præter naturam ad extincio-
nem naturalis ignis properent; vel vim prædictam
similem Coniunctionis, & oppositionis exerant.
Hoc autem iuuat volatilis ille Mercurius ancipitis
naturæ bonæ-malæ maxime, cum recurrens Soli
Animali coniungitur, quod indicat Cœlestis in Supe-
rioribus cum Sole coniunctio dum Retrogrado motu
vicinior nobis, Soli simul coniungitur, & nostro re-
spectu quasi opponitur; et si non intermediis Ele-
mentis. Notauimus enim in omnibus tempesta-
tum pestilentium Lugdunensium initiis annis 1564.
1582. 1577. 1628. 1637. & 1638. Coniunctiones Solis &
Mercurij Retrogradi, directionibus turgentia μικρα
pestilentia commouisse modis suprascriptis,

D 3 quos

30 DÆVABDITISIPE

quos qui intelliget, pleniorum non quærer actionum veneni pestilentis rationem; Quam si illustriorem expectat ab exemplorum consideratione, candela contemplatur ab impetu copiosi spiritus ieruens ex folle cum fœtido vapore extinctionem, & perspectissima suæ meditationi coniungat. Pentagoni nostri iam citati αξιόλεχα, ita sicut ut tandem agnoscat nobiscum. *Cur* *Lugduni* *in fine* *Cancri*, & *principio* *Leonis*, *fine* Δ & *principio* ω *fin.* ν , & *principio* π , & *c.* annis predictis pestes excitavit cur *in fine* ϑ *anno* 1557. Epidemicum morbum Gall. *La Coqueluche*, cur anno 1625. *in* π *dysentericum fluxum*, cuius eleganter conscripsit Historiam V. G. D. de la Moniere Collega noster. *Cur* *aliis* π , & Δ à *nobis* *quasi* *digito* *commonstratis* *paginis* *suprascriptis*, *cur* & *in* *iisdem* *afficiat?* *aliaque* *plurima* *ex* *quorum* *cognitione* *in* *occultissimarum Causarum* *cognitionem*, & *ad* *futurorum temporum præcognitio* *nem* *mirabilem*, *quam* *in Medicis* *exceptauit* Hippocrates perueniet. *ob* *in* *luminis Configuratione*. *Hoc* *autem* *invenit* *alii* *Melchiorius* *auclibetius* *in* *luminis Configuratione*, *cum* *locutione* *soi* *a* *Ju* *Zilos Indogtos*. *lib* *Difficilia que pulchra*. *A* *b* *Ramus Aureus*. *in* *luminis Configuratione*, *soi* *luminis Configuratione*, *Ed* *talia* *quemadmodum* *sublimioris* & *excell* *lentioris* *artis* *ostendunt* *miracula*, *ita* *præstantissimorum* *ingeniorum* *vires* & *labores* *expetunt*, *In* *doctorum hominum studium*, & *prophanorum sciolorum* *operam* *inutilem* *contemnentia*. *Hic* *enim* *quasi* *in* *opaca arbore later*.

susp *3* *D*

Aureus

EPIDEMION CAVSIS.

31

^a Aureus & foliis & lento vimine ramus.
Doctorum Menti doctus sacer. Optime Lector,
Ergo altè vestigia oculis, & ritè repertum
Carpe manū; namque ipse volens facilis que sequetur.
aliter non viribus ullis

Vincere, nec duro poteris conuellere ferro.
Hunc verò ubi obrinueris poteris Telluris operta subi-
re, Et Stygios superare lacus, & nigra domare Tartara; At
insano iuuat indulgere labori,

§. XIII.

a Vsus istius doctrinae, & sale conseruatrixis.
pareneeos.

b Remedia pia vbi illi Ambarum Griseum.

c Remedia Naturalia.

d Generationis pestis modus in Epitomen contractus.

e Indicationes preservatio-

nis pestifera.

f Fixatio Mercurij mobilioris.

g Roboratio caloris miscenda.

h Dissolutio salis impuri.

i Triplex virtus naturalis contra pestem.

k Experientia virtutis in

VM enim tibi perspicuum fuerit Metaphysicam

causam adesse pesti saevienti, Theologos adibis, ad-

disces

m Aqua Candai benedicta.

n Fixantia mortuorum.

o Roborantia.

p Dissoluentia.

q Liquor admirabilis.

r Dieta prophylactica.

s Conseruativa alimentis ad-

t Dispositio contraria pestem.

u Periaptas.

x Zenechta.

y Talismanica figures.

32 DE ABDITIS

discs salutaria ^bRemedia pietatis Ecclesiastica, Ieiunium,
Orationem, &c. de quibus in quinto Circulo Pentagoni particularis nostri diximus, ut habitans in Latibulo עליון in umbra שׁ commoreris. Et dicens
לֵיחוֹת spes mea es & munitio mea אלֹהִים: Ipse libe-
ret te à verbo aspero, siue ut ex Hebræo interpretatur
Arias Montanus, & Doctissimus Genebrardus, à peste
contritionum, vel confraktionum, aut Sanctes Pagninus
Lue corruptionum: Sic enim non timebis à peste quæ
in caligine ambulabit, & ab excidio quod vastabit
meridie ut cecinit Diuinus Propheta Dauid in Psal-
mis 1. Et si inuocato Deo Optimo Maximo ^c, Causæ
naturali naturalibus modis ipso permittente occurrere
volueris ^d, agnosceras vim commouentem mobilem Mer-
curialem Saturninæ, aut Martiali adiunctam, extra
conditionem suam ad interna planetarum Micro-
cosmicorum domicilia, in Corporis centrum, Re-
trogrado motu, per arterias recurrentem, contra na-
turam circulationis (quam ab arteriis per venas fieri
demonstrauimus) aut id ipsum tantummodo appe-
tentem cum timore extinctionis caloris viuifici, in
Sinistro cordis ventriculo, per suppressionem, aut dis-
solutionem spiritus vitalis, ex eo prodeuntis; tuum
erit ^e figere & sistere mobilem illam succorum naturam vi
salsa ^f moderata fixatoria & cōseruatrice ligante & pe-
tulantiam. Deinde caloris natiui ^g robur firmare, & au-
gere, ut sufficienti spirituum viuacium copiâ recur-
renti inquinamento resistat, illud repellat, & ^h dissol-
uendo per sudores vacuet; ad primum confert vis bal-
samica Venerea oleosa, ad postremum vis matricis sa-
lis

EPIDEMIΩΝ ΚΑΨΙΣ. 33

lis dissoluens cuius beneficio salsedo imputa & arsenicalis Martia, aut coagulativa, & suffocativa Saturina dissoluitur. Triplex igitur valet virtus Naturalis contra pestem præseruativa fixatoria, 2. roborativa balsamica, 3. dissolativa aqua, Prima virtus puritati proxima cōtinetur in Sale, cūm ex iis quæ refert Ambrosius Paratus^k de D. Heroardo Doctore Medico Monspeliensi, & Nauarro quodam circa curationem pestis affectorum haustu muriæ salem vim summam in pestis præseruatione obtinere manifestum sit. Secunda continetur in^l Ambaro Griseo, quod est bituminis genus quod quidem spiritibus vigorē afflare, cordis vires reficere, & pestis contagiis apprimè utile agnoscit Nicolaus Monardus Medicus Hispalensis, & Crato in Consil. qui certissimum id Experimentum appellat. Tertia in^m Aqua Cardui benedicti, quæ quasi aërea attrahitur à sale quod in mutuo complexxu dissoluitur, & quam Remaclus Limburgensis in Hist. Aquar. appellat singulare Antidotum contra pestem. Sub his tribus ordinibus continentur omnia quæ licet mixtas alias vires habeant quandam tamen singularem præcellentem obtinentⁿ. Nam Accutum, succus Limonum, Berberorum, & cetera acida in quibus extensa vis salis est & admixta ligato mercurio, item Tormentilla, Bistorta, & adstringentia omnia roborantia, sub hac quasi Categoría facillimè disponi possunt cum sale Corallorum, Margaritarum, aut Magisteriis eorum, Hyacinthorum, Smaragdorum, Saphir, &c. At quæcumque oleosi & roborantis virtute agunt ea sunt quæ accendi facile possunt Aromatica omnia

34 DE AB DITIS

Santala, Rosæ, Moschus, Angelica, Baccæ Juniperi, Lignum Aloës, Crocius, Caryophylli, Zedoaria, Cortices arantiorum, &c cetera. Ex quibus duabus speciebus Alexiteriorum conflatae sunt vires Confectionum illarum, quæ in officinis habentur, Celeberrimarum De Hyacintho & Alkermes, ut etiam Theriaca magna Andromachi & Mithridatium; sed Vinum optimum inter cetera præstantissima est antidotus. hic adiicenda si duplēcē istam vim consideremus quemadmodum exemplis allatis in Oenologia nostra fusē comprobauimus. Quibus annectas si placet Antidotum illam è scri-
nīis Mithridatis Aquas Theriacales & Imperiales; Quæ quidem summoperè probantur ad prophylaxim; Verū postrema Alexiteria, in quibus est vis dissoluens potius ad Therapeiam pertinent, aut ad eam saltem præseruationem; quæ curationi proxima est in iis videlicet qui ex improviso vires Contagij alicuius suscepereunt. Sunt autem illæ ut diximus Aquæ tenuissimæ ut ea quæ pro paradeigmate allata est, cui stillatitiam Echij, Buglossi, Ulmarie, & Scabiosæ, & eiusmodi possis sine errore annectere. Ac si bene rem capias componete Liquorem admirabilem non erit difficile ad tres illas superiùs propositas indicationes, qualem anno 1636. parari iussimus feliciter sanguine Lue pestifera in Sebusiano-Burgundis pro illustrissima quādam familia, quæ huius beneficio quantum natura patitur Deo benedicente seruata est, Rec. succi Herbae Echij Lib. iij. succi Acetosæ Gallicæ Lib. ij. succi Limonum Lib. j. queis depuratis adde Radicum Tormentillæ recentium unc. ix. cum magmate expressionis Limonum destillen-

Colligenda.
Herba D.
Veneri con-
iuncta feli-
citer aspi-
ciente 2.

annexa

3

tur.

tur ex Alembico vitreο post digestionem 27. horarum, dosis ad præseruationem 2. aut trium Cochlearium mane ieiuno ventriculo cum pauca cōfēct. de Hyacintho, in his quibus sanguis feruentior, & concitatior ad circulationem naturalem: aut cum Theriaca, & confect. Alkermes, in quibus fæculentior, & tardior ut in Melancholicis & pituitosis vulgo dictis. At *Conserua Echij, & terra sigillata, bolus Arm.* utrisque possunt commodè præscribi: Verū quemadmodum in *Axiomate salutifero* xvi. diximus 'Diæta siue vietus ratio maximè confert ad vitandam vim pestiferam, vnde iterum repetimus simplicium omnium conservatiōni mixtorum virtute salis sui conferentium usum imprimis admittendum inter Alimenta ut sunt, *Vinum, Acetum, Oleum, Mel, Omphacium, Butyrum sal, Saccharum, succi mali Citri, Arantiorum, Acerosa, Portulaca, &c.* quibus si recte utamur tū intra tum extra quibusdam lotionibus *vinoſis & Acetoſis loca glandularum,* & in his partibus in quibus arteriæ micant quis dubitat posse obtineri *diætētū Mithridaticam,* corpus aduersus venena firmitissimum conseruantem? Si enim puella ad Alexandrum missa potuit beneficam naturam contrahere; quis neget non posse salutiferam usu præsidiorum continuo, in quibus vis Alexicaca, quod fecit rex ille Ponti Mithridates. His adiicienda sunt externa virtutis occultioris *Periaptæ* quorum causas attulimus Circulo quinto Pentagoni nostri particularis. Hæc sunt *Amuleta venenata Arsenicalia & Mercurialia,* de quibus scripsit Fabr. Hildanus, Ficinus, Iordanus, Droëtus, & Pistorius. Crollius *Con-*

stellata,

36 DE ABDITIS


stellata, addidit Zenechta, D.Gaffarellus à D.Lance
amico nostro D.M.compositas *Talismanicas figuræ*
ad pestem utiles scripsit. Sed de his plura loco citato.


§. XIV.


a. <i>Præseruatio sine Pharma-</i>	b. <i>Distinctio explicans in qua-</i>
<i>cis prudentiæ Ciuitatis.</i>	<i>peste utiles sint Medici.</i>


Vltimum est quod timidioribus dicamus, si ali-
quem usum ex hac Methodo querant sine
Pharmacis tempore pestis, ex Horoscopo, vel hyle-
giali loco videant, *an sit aliqua directio malefica illo an-*
no, &c. quod etiam leviter in Mathematicis versatus
poterit, vel ex Tabulis Ascensionum, vel Horario-
rum temporum, vel crassiori Minerua ex ipsius Glo-
bi artificialis maioris reuolutione cognoscere. Fugiat
citò & longè ab hac domo, hoc vico, hac Ciuitate, &
tardè ut dicitur redeat. Ita enim suadebant Medici
Monspelienenses, teste Rebuffo de Priuil. Schol. Pri-
uil. II. n. 2. rationem affert ibid. ex Paulo in I. si ab ho-
stibus, §. fin. ff. solut. matrim. quod contra eam non
valeant Medici, nec Medicinæ, quod in Metaphy-
sica verum est. In Physica vero nisi aliquid sit ex iis que
circa particularem Genesim obseruanda diximus, confi-
denter maneat, nam etiam sine antidotis, lege natu-
rali à Deo constituta manente seruabitur.

F I N I S.









MEYSON
MERIUS
DOCTRINA
HEBRUM

1641





